

INTROIT Psalms 24: 16-18

Réspice in me, et miserere mei, Dómine, quóniam únicus, et pauper sum ego: vide humilitatem meam, et labórem meum: et dimitte ómnia peccáta mea, Deus meus. (Ps. 24: 1, 2) Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubescam. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Réspice in me, et miserere mei, Dómine, quóniam únicus, et pauper sum ego: vide humilitatem meam, et labórem meum: et dimitte ómnia peccáta mea, Deus meus.

COLLECT

Protéctor in te sperántium, Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum: multiplica super nos misericórdiam tuam; ut, te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Silverius, Pope

Gregem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde: et, per beátum Silvérium Mártirem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; quem totíus Ecclésiæ præstitisti esse pastórem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE I Peter 5: 6-11

Caríssimi: Humiliámíni sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore visitatiónis: omnem sollicitúdinem vestram projiciétes in eum, quóniam ipsi cura est de vobis. Sóbrii estote, et vigiláte: quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgiens circuit, quærens quem devoret: cui resístite fortes ín fide: sciéntes eámdem passiónem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitáti fieri. Deus autem omnis grátæ, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Jesu, módicum passus ipse perficiet, confirmábit, solidabítque. Ipsi glória, et impérium in sæcula sæculórum. Amen.

GRADUAL Psalms 54: 23, 17, 19

Jacta cogitátum tuum in Dómino: et ipse te enútriet. Dum clamárem ad Dóminum, exaudivit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

LESSER ALLELUIA Psalms 7: 12

Allelúja, allelúja. Deus judex justus, fortis et pátiens, numquid iráscitur per singulos dies? Allelúja.

GOSPEL Luke 15: 1-10

In illo témpore: Erant appropínquátes ad Jesum publicáni et peccatóres, ut audírent illum. Et murmurábant pharisæi et scribæ, dicétes: Quia hic peccatóres récipit et mandúcat cum illis. Et ait ad illos parábolam istam, dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oves: et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonagínta novem in desérto, et vadit ad illam, quæ perierat, donec invéniat eam? Et cum invenerit eam, impónit in húmeros suos gaudens: et véniens domum, cónvocat amicos et vicinos, dicens illis: Congratulámini mihi, quia invéni ovem meam, quæ perierat? Dico vobis, quod ita gáudium erit in cælo super uno peccatóre pœniténtiam agénte, quam super nonagínta novem justis, qui non índigent pœniténtia. Aut quæ múlter habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accéndit lucérnam, et evérrit domum, et quærit diligénter, donec invéniat? Et cum invenerit, cónvocat amícas et vicínas, dicens: Congratulámini mihi, quia invéni drachmam, quam perdideram? Ita dico vobis: gáudium erit coram Ángelis Dei super uno peccatóre pœniténtiam agénte.

OFFERTORY Psalms 9: 11, 12, 13

Sperant in te omnes, qui novérunt nomen tuum, Dómine: quóniam non derelínquis quæréntes te: psállite Dómino, qui hábitat in Sion: quóniam non est oblítus oratiónem páuperum.

SECRET

Réspice, Dómine, múnera supplicántis Ecclésiæ: et salúti credéntium perpétua sanctificatióne suménda concéde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Silverius, Pope

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclésiám tuam benígnus illúmina: ut, et gregis tui proficiat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Luke 15: 10

Dico vobis: gáudium est Ángelis Dei, super uno peccatóre pœniténtiam agénte.

POSTCOMMUNION

Sancta tua nos, Dómine, sumpta vivificent: et misericórdiæ sempitérnæ præparent expiátos. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Silverius, Pope

Refectióne sancta enutrítam gubérna, quæsumus Dómine, tuam placátus Ecclésiám: ut poténti moderatióne dirécta, et incrémita libertátis accípiat et in religiónis integritáte persistat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Look Thou upon me , O Lord, and have mercy on me: for I am alone and poor. See my abjection and my labor and forgive me all my sins, O my God. (Ps. 24: 1, 2) To Thee, O Lord, have I lifted up my soul: in Thee, my God, I put my trust: let me not be ashamed. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Look Thou upon me , O Lord, and have mercy on me: for I am alone and poor. See my abjection and my labor and forgive me all my sins, O my God.

O God, the Protector of those who put their trust in Thee, without whom nothing is strong, nothing is holy: multiply upon us Thy mercy, that with Thee as our ruler, and guide, we may so pass through things temporal, that we may not lose those which are eternal. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Eternal Shepherd, regard graciously Thy flock, and keep it with an everlasting protection, by the intercession of blessed Silverius, Thy Martyr and) Sovereign Pontiff, whom Thou hast constituted shepherd of the whole Church. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly Beloved, Be you humbled under the mighty hand of God, that He may exalt you in the time of visitation; casting all your care upon Him, for He hath care of you. Be sober and watch, because your adversary, the devil, as, a roaring lion, goeth about seeking whom he may devour. Whom resist ye, strong in faith; knowing that the same affliction befalls your brethren who are in the world. But the God of all grace, Who hath called us unto His eternal glory in Christ Jesus, after you have suffered a little, will Himself perfect you, and confirm you, and establish you. To Him be glory and empire for ever and ever, Amen.

Cast thy care upon the Lord and He shall sustain thee. When I cried to the Lord He heard my voice, from them that draw near to me.

Alleluia, alleluia. God is a just judge, strong and patient: is He angry every day? Alleluia.

At that time, the publicans and sinners drew near unto Jesus to hear Him: and the Pharisees and Scribes murmured, saying: This man receiveth sinners and eateth with them. And He spoke to them this parable, saying: What man is there of you that hath a hundred sheep, and if he shall lose one of them, doth he not leave the ninety-nine in the desert, and go after that which is lost, until he find it? And when he hath found it, lay it upon his shoulders rejoicing and coming home, call together his friends and neighbors, saying to them; Rejoice with me because I have found my sheep that was lost? I say to you that even so there shall be joy in Heaven upon one sinner that doth penance, more than upon ninety-nine just who need no penance. Or what woman having ten groats, if she lose one goat doth not light a candle and sweep the house, and seek diligently until she find it? And when she hath found it, call together her friends and neighbors, saying: Rejoice with me because I have found the goat which I had lost? So I say to you, there shall be joy before the Angels of God upon one sinner doing penance.

Let them trust in Thee who know Thy name, O Lord: for Thou hast not forsaken them that seek Thee; sing ye to the Lord, Who dwelleth in Sion: for He hath not forgotten the cry of the poor.

Look favorably, O Lord, upon the offerings of Your prayerful Church and grant that those who believe may, in continual holiness, partake of the them for their salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

By the offered gifts we beg Thee, O Lord: enlighten kindly Thy Church: so that Thy flock everywhere may be increasing, and the Shepherds, under Thy direction, may be pleasing to Thy Name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

I say to you: there is joy before the Angels of God upon one sinner doing penance.

May Thy holy Gifts, O Lord, which we have received, give us life: and having purified us, prepare us for thine everlasting mercy. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O Lord, we beseech Thee, graciously govern Thy Church, which Thou hast fed with a holy meal; so that, directed by a mighty wisdom, she may progress in liberty, and persist in the integrity of faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.